



Scuola di Canto Gregoriano  
"Santa Cristina"  
*docente prof. Nino Albarosa*

# DOMINICA I Quadragesimae

Santa Maria  
della Pietà

Bologna

21 febbraio 2010

ore 18.00

## Antiphona ad introitum

VII a

**T**unc invocá-bis \* et Dóminus exáudi-et, cla-  
mábis et di-cet: Ecce adsum.

## Psalmus 90

**Ps. 1** Qui há-bi-tat in pro-lecti-óne Altíssimi, \* sub  
umbra Omnipoténtis commorábi-tur. **Ant.** Tunc  
invocá-bis. **Flexa:** Dómino: †

- 2 *Dicet Dómino: † «Refúgium meum et fortitúdo mea, \* Deus meus, sperábo in eum».* **Ant.** Tunc.
- 3 *Alis suis obumbrábit tibi, \* et sub pennas eius confúgies.* **Ant.** Tunc.
- 4 *Scutum et loríca véritas eius; \* non timébis a timóre noctúrno.* **Ant.** Tunc.




## II


38

IV


**K**ý-ri-e, e-lé-i-son. *ij.* Christe, e-lé-i-son. *ij.*  
Ký-ri-e, e-lé-i-son. Ký-ri-e, e-lé-i-son.




Ψ. 1 Scápu-lis su- is \* obumbrábit ti-bi. R̄. Sub pen-




nis e- ius sperábis.



Ψ. 2 Non accédet ad te ma- lum, \* et flagéllum non



appropinquá-bit tabernácu- lo tu- o. R̄. Sub pennas




e-ius spe-rábis. Ψ. 3 Quó-ni- am.<sup>1</sup> Ψ. 4 In má-nibus.


- 3 Quóniam ángelis suis mandábit **de** te, \* ut custó-  
diant te in ómnibus viis **tuis**. R̄. Sub pennas.
- 4 In **mánibus** portábunt te, \* ne forte offéndas ad lá-  
pidem pedem **tuum**. R̄. Sub pennas.
- 5 Super áspidem et basilíscum ambulábis, \* et concul-  
cábis leónem et *dracónem*. R̄. Sub pennas.
- 6 Quóniam mihi adhésit, liberábo eum; \* suscípíam  
eum, quóniam cognóvit nomen **meum**. R̄. Sub pennas.
- 7 Clamábit ad me, et ego exáudiam eum; ' cum ipso  
sum in tribulatióne, \* erípíam eum et glorificábo  
eum. R̄. Sub pennas.
- 8 Longitúdine diérum replébo eum, \* et osténdam illi  
salutáre **meum**. R̄. Sub pennas.

<sup>1</sup> Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).


## Antiphona acclamationis




**V**obis da-tum est \* nosse mysté-ri- um regni



De- i, cé-te-ris autem in pa-rábo-lis, di-xit Iesus



discí-pu-lis su- is. E u o u a e.



**Ps. 1** Ego di-xi: Dómine, mi-se-ré-re me- i; \* sana




ánimam me- am. **R.** Vobis da-tum est

**2** Inimíci mei dixerunt mala **m**ihi: \* « Quando moriétur, et períbit *nomen* eius? » **R.** Vobis




## Antiphona ad offertorium

I f




**C**um fa-cis eleemó-synam, \* nésci-at si-nístra




tu-a quid fá-ci- at déxte-ra tu-a.

## Psalmus 50



**Y. I** *Mi-se-ré-re* **me-** i, **De** us, \* secúndum mi-se-



ri-córdi- am tu- am. **Ant.** Cum fa-cis.

- 2 *Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum* \* dele iniquitátem **meam**. **Ant.** Cum facis.
- 3 *Amplius lava me ab iniquitáte mea*, \* et a peccáto **meo munda me**. **Ant.** Cum facis.
- 4 *Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó*, \* et peccátum meum contra *me est* **semper**. **Ant.** Cum facis.

41

ed. Vat. XVI

II



**S**anctus, \* Sanctus, Sanctus Dóminus De- us Sá-



ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri-a tu-a.



Ho-sánna in excél-sis. Bene-díctus qui ve-nit



in nómi-ne Dómini. Ho-sánna in excél-sis.


Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-ficé-tur nomen  
tu-um; advéni- at regnum tu-um; fi- at volúntas  
tu- a, sic-ut in cæ-lo, et in terra. Panem nostrum  
co-ti-di-ánum da nobis hódie; et dimítte nobis dé-  
bi-ta nostra, sic-ut et nos dimít-timus debi-tó-ribus  
nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem; sed lí-  
be-ra nos a ma-lo.

42

ed. Vat. XVI

I

**A** -gnus De- i, \* qui tol-lis peccá-ta mun- di: mi-  
se-ré-re no- bis. Agnus De- i, \* qui tollis peccá-ta  
mundi: mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i, \* qui  
tollis peccá-ta mun- di: dona no-bis pa- cem.



### Antiphona ad communionem

VIII c

**I**n-téllege \* clamó-rem me-um, Dómine.

### Psalmus 5

**Ψ. I** Verba me- a áuribus pécipie, Dómine; \* intél-  
 lege gémi-tum me- um. **Ant.** Intéllege.

**Flexa:** Dómine, †

- 2 *Inténde voci clamóris mei, \* rex meus et Deus meus.*  
**Ant.** Intéllege.
- 3 *Quóniam ad te orábo, Dómine, † mane exáudies vocem meam; \* mane astábo tibi, et expectábo.*  
**Ant.** Intéllege.
- 4 *Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es; † neque habitábit iuxta te malígnus, \* neque permanébunt iniústi ante óculos tuos.* **Ant.** Intéllege.
- 5 *Odísti omnes qui operántur iniquitátem, † perdes omnes qui loquúntur mendácium; \* virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus.* **Ant.** Intéllege.
- 6 *Ego autem in multitudíne misericórdiæ tuæ † introíbo in domum tuam; \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.* **Ant.** Intéllege.
- 7 *Dómine, deduc me in iustítia tua propter inimícos meos, \* dírige in conspéctu meo viam tuam.*  
**Ant.** Intéllege.
- 8 *Et omnes qui sperant in te læténtur, \* in ætérnum exsúltent.* **Ant.** Intéllege.



MARCUS  
VOLUNTARIUS  
GRATIUS  
QUI EST